



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

De ratione & modo recipiendi conuersos ad fidem orthodoxam ex haeresi
Arii, & aliorum talium. Capvt XXXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

ANNO CHRISTI 313. rium, sed potius homines perdit & errantes, & numerantur inter cultores idolorum, & veræ fidei negatores. Si vero aliquis ex istis conuersus fuerit, recipiat episcopus petitionem eius, & doceat eum, sicut recipiuntur & docentur Iudæi & gentiles; & baptizabuntur iterum, postquam sectam suam malam abnegauerint, & fidem ecclesiæ Dei confessi fuerint. Similiter intelligendum est de Secundiis, Marcuniis, Simonianis, Menandrianis, Sethianis.

Syn. Conf. cap. 7.

* Secundum scripturam imponuntur nomina in baptismo, quia scriptum est in euangelio impositum esse nomen Ioanni, & Iesu in circumcisione, cui succedit baptismus. & Dionys. Areopag. in baptismo scribit dari nomen; quod ex sanctis apostolis didicit. Illud etiam aduertendum est, non imponi a fidelibus nomina gentilium, si quando in baptismo imponitur nomen Pompeii aut Octauii, & similium: non enim ut nomen gentilis, sed ut nostrum imponitur: sic enim gentilium nominibus tamquam nostris vti possumus, ut gentiles nostris tamquam suis vtebantur, cum Antonios, Marcos, & Marcellos, & Julianos vocabant.

* Quia interpres e Græco, ut verbum verbo redderet, verbis aliquanto obscurioribus vsus erat, interpretatur verba Arabica obscuriora Arabicis clarioribus.

*De ratione & modo recipiendi conuersos ad fidem orthodoxam
ex heresi Arii, & aliorum talium.*

CAPVT XXXI.

Si quis ad fidem orthodoxam conuertatur, recipiendus est in ecclesiam per manus episcopi, vel presbyteri, qui præcipere ei debet, ut anathematizet cunctos qui contra fidem orthodoxam faciunt, & qui apostolicæ ecclesiæ contradicunt. Debetq; anathematizare Ariū & heresim eius, & aper te fidem profiteri, quam in hac perfecta confessio ne definiuimus, ac sincere fidelis esse. Oportet etiam anathematizare eos qui huic fidei non credunt, & eam non recipiunt. Et postquam hæc

Syn. Conf. cap. 7.

Concil. Tom. 2.

Ll ij

fecerit, accipiat eum episcopus, vel sacerdos, ad cuius potestatem pertinet, & vngat eum vunctione chrismatis, & signet eum vngendo, & orando super eum * orationem Dionysii Areopagitae, & fiat oratio ad Deum pro eo deuote, ut recipiat eum. Et postea erit particeps diuinorum sacramentorum & communionis, per quam fit remissio peccatorum. Si autem is in quo haec facta sunt, fuerit episcopus, manebit post conuersionem suam in gradu presbyteri; si presbyter, in gradu diaconi; si diaconus, in gradu hypodiaconi; & similiter in reliquis deinceps, ut ad gradum inferiorem descendat.

Huic Canoni testimonium tribuit S. Athanas. qui in epistola de Synodis Arimini & Seleuciae, & in epist. ad episcopos Africæ scribit patres Nicenos edidisse in Concilio perfectam fidei confessionem, & anathematizasse omnes haereses, & inter eas Arianam. vtrumque est in hoc Canone. est autem renouatus, & denuo sanctus hic Can. in Syn. Const. Can. 7.

* Oratio quam dicit Dionysii Areopag. est in Canone Graeco 7. Syn. Const. σφεγγις δωρεας πνευματος ανου, id est, obsignatio, siue sigillū doni Spiritus sancti. Quod vero est hic de vngendo istos chrismate, non est necesse accipere de sacramento confirmationis, ut accepit Beslarion in libello de eucharistia; siquidem ad multa alia virtutis ecclesia secundum apostolicam traditionem vunctione chrismatis, ut in benedictione siue sanctificatione aquæ baptismi & altaris, & in ordinatione, & in aliis.

De ratione recipiendi eos qui saluis dogmatibus fidei, & ecclesia legibus, a nobis recesserunt, & postea redeunt.

C A P V T X X X I I .

Sed qui fuerunt ex secta Caguadanorum, aut Cabariorum, aut Taimainorum, non necesse est eos vngi, nec iterum baptizari, neque gradu suo moueri; sed potius redire oportet ad eosdem gradus, & recipi cum orationibus, quas supra diximus; orandumque pro eis, ac præcipiendum eisdem ut abhorreant ab iis in quibus antea fuerunt.

Dionysii
Areopag.
citatus in
Syn. Nic.